

Non cito decrevit mala planta, sed usque renescit,
quod cito sylvescet crescere semper habet.
Crescunt ustical citius, quare? quia pravae,
quae bona poma edit, tardior arbor erit.
Ollae contritae satis inveniuntur ubique,
semper alunt aedes undique pauperies.
Conjecturando medium teneas tua fando,
nullae quae apparent res ratione carent.
Clericus ut mutus licet ingenio sit acutus,
ob vultum tacitum non capit officium.
Nunc vacuis manibus vice accipitem capit nullus,
ut pseat modus debet adesse modus.
Nil valet in bellis vis inermis, et absque libellis
quae bene concordant saepius obveniant.
Ut vulgus fatet sitiens male nunc operatur,
cruce catenato non bene proficuo. 95.
Paucula cognosces si libros spernere proces,
omnis in hoc mundo discere debet homo.
Est similis stulto, qui mandere vult sine cultro,
hoc tibi quisque petit, quo sine stare nequit.
Omnia praedixas, donec certissima dicas,
fallunt nos oculi, cur? quia sunt dubii.
Firmiter obtusum tenet ingenium sibi fusum,
quae plus increvit firmior arbor erit.
Ebrietas, somnus, tempus dementia morbus,
nos privant illo, quod quadrat ingenio.
Cor non negatur, licet os mendacia fatet,
nullus, qui fidit, cernere cor potuit.
Omne genus pestis vincit mens dissona verbis,
vult os mendacis fallere mille modis.
Luridus est in te, qui fert mendacia mille,
fiet damnificans, multa malus simulans.

Est mens nostra satis contraria saepe loquelis,
 semper eos prohibet, quod mala lingua tenet.
 Hui vult nugari miranda potest nova dari
 defraudare cupit, qui nova multa nutrit.

96 ✓

Omnibus in punctis est justus conditor orbis,
 indidit et justum sensibus officium.
 Soli nunc homines sensus redigunt in inanes,
 dum cupiunt pro se falsa loqui temere.
 Praeceptis in plausus fertur temerarius ausus
 quod necis certe, dicere non sat age.
 Sunt tria, quae vere Salamoni displicuerunt,
 ac ipsi vero displicuerunt Deo.
 Annosus fatuus, mendax, pauperque superbus,
 haec tria sunt cunctis nunc odiosa nimis.
 Non stillant omnes, quas cernis in aere nubes,
 saepe quod apparet nil nisi momentum habet.
 Dat se terribilem, qui vult inferre timorem,
 non fit terror, si nimium vereor.
 Stultior est fictus fatuus, quam non ita dictus,
 qui studio stultus fit studio stolidus.
 Si morere minimis, abini tumulabere bombis,
 umbram qui metuit, turpiter ille fugit.
 Semper ad omne quod est mensuram ponere prodest
 est et parati clara dies Zephyri.
 Levia mensuram semper multum valituram,
 sol per temperiem dat sine nube diem.

97 ✓

Omne nocet nimium mediocriter omne gerendum,
 fert flores plures, vernaque temperies.
 Paulatim trahito, non forti tunc trahendo,
 rem, quam quis cogit certa ruina manet.
 Saepe fit ingratus, qui quaerere saepe paratus
 saepe sibi prodest, cui modicum satis est.

Pet multos questus homo fortis fit cito fessus,
quignit materum temperies animum.
Omne, quod est nimium cerebrum sordescit ob usum,
suspiciosa nocent, et moderata docent.
Idualem tu quaeris fors talis solus habebis,
est grillum quaerens, ipse focum subiens.
Saepe videt nigrum quod quis conspexerat album,
suspiciosus homo fallitur ingenio.
Sic mos stultorum reprehendit facta bonorum,
nam male quis cernit, qui ratione caret.
Semper iniquorum scelus impedit acta bonorum,
nequam nequitiam monstrat ubique suam.
Gaudia stultorum cumulant augmenta dolorum,
splendor honestatis non datet in fatuis.
Dicunt theologi: tutum non est operari,
in re non certa, vel satis ambigua; 98.
Error enim facilis persaepe latebit ubiuis,
in rebus vixis, vel nimium dubiis.
Pestiona ne videas, tu mentis claude fenestras,
ne temere tractes frivola, claude fores.
Vana videndo vagus si quid peccavit ocellus,
abluat erratis illachrymando suis.
Sic, cum annos semper sint suspiciosi?
et plerumque senes plus modo, quam iuvenes.
Suspicionis herum facit experientia rerum,
hanc, plus quam iuvenes constat habere senes.
Ipsum Christum Libycis pater Augustinus in oris
praedicat officium perficiendo suum:
Contigerat plebi primordia dicere mundi,
quod sunt vi verbi cuncta creata Dei.
Et nequam ausquit, verbisque procacibus inquit
ego opifex mundi, quid faciebat ibi?

Aut mihi dic per quas se tunc distraxerat horas?
mundus adhuc quando non fuerat? nec homo.

Praesul ad haec inquit: barathri tunc tartara fecit
his, tibi resutantes, qui fuerant similes.

Apum petit infirmis minimum sublimia pennis
Icarus, Icaris nomina fecit aquis.

99. ✓

Omnibus in rebus magnum dat opinio pondus,
ut juste, qui stant suspitione cadant.

Philolaum veteres sic occidere Cretenses,
credentes in te velle tyrannum agere.

Sic in aqua rectum baculum fit cernere flexum,
et quidam cervos esse putavit equos.

In conjecturis implemet saepe tuinis,
quod ratio salvat suspicio annihilat.

Huic non insontes, quot sanctos, quotque potentes,
privavit vita, suspicio minima?

Huic non infantes? quot matos laebe carentes
sustulit Herodis suspicio similis?

Hic Christum metuens, puerorum millia tollens,
putribus et decuit vermibus esca fuit.

Christus dabit omnibus aptum.

Ad mentis captum Christus dedit omnibus aptum,
et corpus tenerum, sanguinis et pretium.

Vera Dei soboles, et Virginis unica proles,
verus homo, verus qui pariterque Deus.

Passus corpora mundum vestire figura
paloa conceptus virginitate Deus.

100. ✓

Ut patuit clauso Christus prodire sepulchro,
sic utero clauso, factus habetut homo.

Passus se affari populos hominemque fateri
ut caro, sic verbum fecerat omne bonum.

Factus homo nostrae contrivit crimina vitae,
ut cruce, sic lymphæ, si faciemus ita.

Mente pater tanti dederat consortia regni,
aequaleus verbo tunc mediante suo.

Primo Chaldaei praenuntia munera Regi,
aurum, thus, myrrham contribuere palam.

Ut vel sic hominem, Numen, magnum quoque Regem,
agnoscant donis, muneribusque suis.

Mutavit lymphas in vina liquentia moestas,
per quod se magnum protulit esse Deum.

Lazarus, inquit ego Christo inclamante resurgo,
atque stupet redirem se mesuisse diem.

Mutanti Petro Christus se pinxit in alto,
dextra animando pedem, sicut et ore fidem.

Tursus post multos graditur paralyticus annos,
mirandum! lecti portitor ipse sui.

Est lignum vitae natum de Virgine Matre,
Christus, sic verbis nos docet ipse suis.

Cui homo miraris, quod Daemonis efficiaris?
quando crimen agis, nec pius astra sapis.

Filius ipse Dei spes nostrae progeniei,
factus in exemplum, te docet esse piū.

Auctor honestatis, fons perpetuae bonitatis,
vita privatus, fit via, vita salus.

Ubi moritur Christo semper stat vivus in illo,
mors tibi nulla nocet, si tibi Christus adest.

Quando placet Christo de mundo tollimus isto,
qui moritur tumulto non valet ova duo.

Ubi moritur mundo, vivet de morte secundo,
felix, qui potuit temerere quod nocuit.

Ut dives fias per Christi dogmata vivas,
haec minuant animi tristia quaeque tui.
Blasphemando fuit, quisquis nova dogmata cudit,
qui sectam spatgit, daemone acta facit.
Vestitum Christi lacerant dogmata Aëri,
Christicolae lacerat, quem sua secta notat.
Idui pius implorat Christum felicitat orat,
solus vult votis Christus inesse bonis.
Iduique roget Christum veniens ut liberet ipsum,
ne pereat laesus suggeret apta Deus.
Iduem Christus natum salvavit per mare latum, 102
non vult per Stygios mortificare rogos.
Ad te lugentem Christus reficit venientem,
carne quis inficit, quisquis eam sequitur.
Is cupit ad motem Christi retinere favorem,
qui cum sit major, vult tamen esse minor.
Flecte genu, plota Christum sapienter adora,
sic vult offensus te lacrymare Deus.
Si male fecisti nunc respice vulnera Christi,
per misere mei tollit ira Dei.
In meritis Christi gaudendum tempore tristi
qui Christo fidit, multa subire sinit.
Labe mea pecco, sed Christi sanguine vivo:
vita sit exili mors tua Christe mihi.
Ungere vult hominem, modo quem Xitus ferit omnem,
dat bona laetitia, tempore tristitia.
Idui modo torquetur, nescit quam magna lucretur,
laureolam nectit, cum Deus ense ferit.
O! quanta est veterum blasphemia Grammaticorum,
qui declinandum nos docuere Deum.
Culpae non auctor, sed culpae Christus ut ultor
praebabit justis praemia pro meritis.

Pugna fuit fortis, quae superit vincula mortis: 103.
Dum Christus superit, mortuus ante fuit.

Peccati sortem vincamus nos quoque mortem,
non vivet caelo ni moriatur homo.

Idem Christum nescit, nihil est si coetera discit,
seise tuum prodest, si tibi Christus adest.

Idem Christum discit satis est, si caetera nescit,
cum Christo solo doctior esse volo.

Nunquam peccares si Christum semper amares,
caelesti patri, non placere mali.

Ut sol dat flores, sic Christi gratia mores,
gratia, quem portat, non male nunc equitat.

Deficit ambobus, qui vult servire duobus,
non est daemonii, qui cupit esse Dei.

Christo devotum studeat se tradere totum,
qui vult perpetui iura tenere poli.

Cui gravibus quaeris texam mea carmina verbis,
Christi cultores non decet esse leves.

Christus erat natus, tamen agnus non maculatus,
etsi pro macula mortuus omnigena.

Flumina Joannes, sed Christus praedicat ignes,
peccatum purgat flamma sed unda lavat.

Dilige munditiam super omnia munera primam, 104.
qui mundus fuerit corde beatus erit.

Si mundus fueris Christum super astra videbis,
immundus Stygiis mergitur omnis aquis.

Christo junguntur sua qui mandata sequuntur,
non sis factus, quod prohibetur opus.

Pro paucis justis multis parceret iniquis,
ergo delinquit, qui malus esse petit.

Vidi salvatos prius anxietate gravatos,
cum timor est major, tunc Deus est propior.

Gaudet honorari modo gloria quaeque beati,
gaudet adorari gloria sola Dei.

In picta tabula tu Christum semper adora,
non tamen hoc pictae tu potagas tabulae.

Hae tris Judaeus de Christo capiet Hebraeus,
dextram cum chorda, sed simul et cithara.

Atque incarnatum verbum de Virgine natum,
ut citius credet, sic citius capiet.

Ista trias sonitum conjunctionim operatur amicum,
sola tamen placidum dat tibi chorda sonum.

Sic pater, et genitus pariter quoque spiritus almus,
sunt simul in verbi tres opera geniti.

Nec pater ipse tamen, nec coeli potens quoque flamen 105.
sed nobis solus factus Homo Genitus.

Nam velut ad solam fertur modulatio chordam,
sic Christus solus carnis imbat opus.

Credit Judaeus de virga quisquis Hebraeus
arida, quae vivit, fronduit, et vigit.

Nemo tamen vere, qui credit dixerit in te,
quomodo det virides arida virga nuces.

Hoc Judaei mihi dic, quod te credere dixi;
et dicam pariter quod Geniti sit iter,

Aut incarnatum verbum de Virgine natum,
quomodo concepit Virgoque parturit.

Sed veluti virgam tu non concepseris unquam,
sic ego Virgineum non capio thalamum?

Caesar ut Augustus per plurima praelia primus,
consultit Idolum Delphico-Daemonium:

Quaerit Romanas post ipsum qualis habenas
rectius, fieret, qui imperium regeret,

Atque sacrificio trino mediante peracto
cum nihil responsi posset habere sibi,

Tandem post mollicas Augusto temporis horas,

Saemon, quem petiit talia verba dedit.

Me puer, atque Deus, qui jam regnabit Hebraeus

nunc matus torquet, cedere sede jubet.

106.

Ergo aris tacitis Auguste abscedito nostris,
cur? quia post crebum cogit abire tetrum.

Hinc Romae exstructae verba haec inscripserat aetae:

Haec primogenito conditur ara Deo.

Sic a Saemonio Romani quaerere foedo,

de templo pacis, constituere satis:

Quando pacifici fieret, destructio templi,

ac opus eximium cerneret exitium?

Atque hoc responsi percepit turba Iudisim,

dum Virgo pareret tunc nihilum fieret.

Hinc subito detetnum caeperunt dicere templum,

quod nunquam /: ut fuerat /: quignere Virgo queat.

Atamen ut Jesum genuit pia Virgo sacratum,

hoc templum aeternum corruit in nihilum.

Ergo fide pura Christo te subdere cura,

auxilio cuius pestima quaeque fugis.

Mortem non flebit qui tecum Christo manebit,

solvere pro pomu lege tenetur homo.

Criminibus fote, nec sacro flumine loti,

non fient Christi participes meriti.

Nil inquinati gaudabit sorte beati,

nam Deus inroni, nult dare regna poli.

107.

Doctrinam Christi, sequimur nunc tempore tristi,

ut liceat laeti cernere regna Dei.

Divo tibi gemitu, morior tibi dulcis Jesu,

mortuus, ac vivus sum, maneoque tuus.

D.

Dives, Divitiae.

Vel divus dives, vel dicitur esse diu = est aēs?
si divus, Pluto est; sique diu aēs miser est.
Idem dives divus, fiet mihi Pluto nocivus,
qui factusque aēs es, sat tibi jam miser es.
Hinc peior fiet, fieri si ditior optes,
nam fieri major te cupis, haud melior.
Divitiis uti res est adversa saluti
divitis est raro sanctificata caro.
Perdunt extortos saevorum funera nummos,
evomit epotas saeva Charybdis aquas.
Exiguam Craeri fiet discrimen et Itri,
dives habet tumulum, pauper habet cumulum.
Erras, si speres, quod plus te diligit haeres,
pro nummi cura diliget ille tua.
In terram trusum te diliget esse sepultum,
ad cistas nummum diliget impositum. 108.
Omnis et hinc haeres gaudebit adesse superstes,
quod pater accumulat, filius intumulat.
Cum moritur dives, concurrent tres modo lites
daemonium, vermes, sanguineae soboles.
Daemon vult animam, consanguineus quoque gazam,
et corpus vermes sollicitant inopes.
Non est in mundo dives, qui dicat abundo,
nam nequit in cistis dives habere satis.
Dives semper hiat major pars ut sibi fiat,
hinc homo dives res conglomerabit iners.
Dives marcescet, quanto plus copia crescet,
jejunat oculis hinc macies oculis.
Vult oculus nequam prius impleri stomachus quam:
vult dives totum, qui tenuit nihilum.

Hinc magis optantur, quae plenius accumulatur,
dives divitiis semper eget miseris.

Quod parcus quaeres effundet prodigus haeres,
nec sibi nunc tenuis vellea portat ovis.

Prodigus est natus de parco patre creatus,
quod parcus glomerat prodigus exonerat.

Cum rogo quem nummos sine pigrore; non habet ullos ¹⁰⁹
sed duplum pono pigrus et obtineo.

Cur dives caelum raro conscendit? Avatum
poenitet expensi: praeterea mihi.

Est valde rarus dives, qui non sit avarus:
multa licet servet, plura tamen cupiet;

Nam sunt optantes nunc divitias cumulantes,
nec semel epotae sunt Acherontis aquae.

Quando senex fueris tibi plus amot imminet aeris,
continet et plures cista senilis opes.

Ad cistam parcus crebro morbo vadit avarus,
saepius enumerat quidquid avarus amat.

Dat miser ex cista, sicut dat mella genista
quae dat non sua sunt cur? aliena petunt

Aestimant esse patum, quodcumque tenet est avatum,
in re tam vana vult sibi perpetua.

Nulla ditari ratione potestis avari,
autum quo maius, scit satiare minus.

Omnia da cupido, sua non petit inde cupido
ut mare cuncta bibit, dat tamen haud recipit.

Orci, sive mari, mens aequiparatur avari,
sufficiunt pelago flumina nulla modo.

Nolunt extinguere flammam insatiabilis Orci,
vult lignis ignis crescere continuis.

Tantalus in Stygiis nec aquis fruitur, neque pomis,
nunc in thesauro non satiatur homo.

Aurum, quod servas, et quidquid avarus acervas,
non tibi conquisis, sed cumulas aliis.

Est virtus omni, nunc nummis posse potiri,
major scire uti, maxima velle frui.
Non modo divitias habere nominat auctas
Gallia gens auctum est, sic puto factus honor.
Cum tibi tam longos nummorum coepis aequos,
in vita quaeris gaudia longa brevis.
Illi plenus nummis nunquam tamen utitur illis,
hunc mos non ditem praedicat ast inopem.
Illi plus exponit, plus luxu saepe reponit;
plus etiam semper cogitur ire periget.
Auri sacra fames quae non praecordia coepes?
nummos quisquis amat, se sua mortificat.
Condita factori praepone, et eius amori:
mult et amor nummi parvus adire mori.
Caseus est casus: sic dixerat hospes avarus, 111.
dum fors ingluviem proposuit tenuem.
Non inscindatur sed pro festo teneatur,
hinc solum solum vile propinat olus.
Iuisquis ditatur rapidos milvos imitatur,
nam ritiet plures semper avarus opes.
Dives es, ut Caesar, sed vivis pauper ut Ius:
omni Caesar eget, sed satis Ius habet.
Ad lucrum mores sunt multi, non ad honores,
post nummos virtus quaeritur, haud citius.
Non voluit rectum quisquis promovit ineptum,
quod stupidi ascendunt, divitiae faciunt.
Milia verborum numerat nunc mos dominorum,
dicunt quotidie: cras dabo non hodie.
Anser ut orsetur, captus prius anser habetur, 2
pollicitis dives, quaelibet est soboles.
Non juvat argentum, fulvum non te juvat aurum,
si tua tartaricis mens cruciatur aquis.
Sat dives fiet qui caeli gaudia quaeret,
virtus non aurum, quaeritur ante Deum. —

Hic bene se dicit, qui semper nocua vitat,
virtutem exerceat, qui malefacta cavet.

Divitias solas animi nunc iudico veras:
dum rebus pluris quis cupit esse suis.

112.

Ubi nuper Cræsus fuerat nunc est velut Ius,
hoc pereunte dolet, quo veniente viget.

Dives eras in te, sed nunc te sentis egere,
rebus enim sic est, nil nisi casus inest.

Sic tot ad Herculeas penetres licet usque columnas,
te tamen extremi pars manet aequa soli.

Fies pars Iovis, nummis, non ditior uno:

quod junxitque hamus, spe sine perdet humus.

Te nummis plenum dicunt, ego semper egenum,
nam facit usus opes, testis Apollo phanes.

Si uteris, haec tua sunt, si non: haec iam tua non sunt:
sed sunt haeredis, cui tua prompta facis.

Mere divitiis, tamquam moriturus in illis,
tamquam victurus parcito sicut opus;

Ille etenim, sapuit, qui cautus utrumque revolvit,
atque modum, ut decuit sumptibus applicuit:

Gazas congestas praecedat mentis honestas,
argentum superat, quod pietate micat.

Undique per montes currunt ad flumina fontes, 113.
cum das pauperibus, dat tibi plura Deus.

Omnia perdentur, quae mundo pulchra videntur,
quod divesque capit, mors inimica rapit.

Undique respectus dominatur crimine tectus
respectum damnat solvere pauper amat.

Si pauper debet per vincula debita deflet,
si dives debet, quod placet, hoc faciet.

Dum moritur dives concurrunt undique cives,
si moritur pauper vice venit alter uter.

Hinc non est mirum, si pauper sentiat Iovem,

sunt plebis parvae funeris exequial.
Non ignare mali misero succurre sodali,
caeli porta latet, per miserere patet.
Nos, qui nulla datis, sed sumitis omnia gratis
poscitis, ut pro re, bis repetatur ave.
Si concordemus, satis omnibus est quod habemus,
res parvae crescunt, paceque proficiunt.
Ut studeas nummis, praefers mox infima summis.
prudens pro summis infima dat validis.
Bursula calcatur, dum grandis bursa paratur, 114.
scit nummis pulchros vendere lena toros.
Nummus in exilibus comes optimus est peregrino,
dives honoratur, nunc honor aere datur.
Non qualis sis tu? sed quantus quaeritur es tu?
qualis sede cadit: prospera quantus agit.
Reddit mercatum mox prompta pecunia gratum,
divitis ad gustum fit modo iudicium.
In terra summus res est hoc tempore nummus,
laudatur nummus divitis esca sumus.
Plures vult gazas, qui plures possidet arces,
quo plus sunt potae plus sitiuntur aquae.
Multum, sive parum neutrum patibit avatum,
non est ille miser, cui satis unus ager.
Se male custodit, quem rerum copia prodit,
reddunt sollicitum divitiae dominum.
Dormit nocte patrum, possessor divitiarum,
cura est, ut crescant, curaque ne pereant.
Exemplum ratum de optimis divitiarum,
res quondam faustae prodidit Hungariae.
Nempe Sigismundo, belloque, topaque secundo, 115
dum simul et regnum recit et imperium.
Bis^l de ducatis viginti millia gratis
Hungariae veteres obtulerant proceres.

et quia depositum fuit hoc in limine domum,
rex nullum hominum quivis habere bonum,
hinc intempesta Caesar clamaverat hora,
ac mox aulae omnes se stiterant proceres.
Ad tot clamores regem quid velle putantes,
quisquis exquirat rex quid habere velit?
Atque Sigismundus cepit totum dare munus,
cunctis pro meritis distribuendo suis.
Dicens: depositi mihi tollunt omnia nummi
hinc et vos nummos tollite depositos.
Felix, qui quod amat, recta ratione gubernat,
ne se vult trepidis subdere divitiis.
Multa licet portes argenti vascula dives,
pecunus non es credito: propter opes.
Nam mortae ad lunam trepidabis atundinis umbram,
nocte pitet ingrediens, multa timendo sequens:
Sed vacuus fateor coram latrone viator,
cantabit cunctas spernet et insidias.
Non beat aes orbis, non Lydius aurifer amnis, 116.
nec quas terra leves sustinet, et dat opes: ✓
Haec alii cupiant, me Christi dicta secundant,
cui placuit spinas dicere divitias
hinc humili cultu semper vel paupere cultu,
praestabit Christi facta, vel acta sequi.
Ut sint divitiae tibi verae, vivito parce,
aequo animo vitam, non vitando tuam.
Ditior ut fueris moderatior esse teneris,
ut sic pacificum possis habere locum.
Nil retinet vere, qui vult bona vobis habere,
qui lucra lenta fugit, damna repente subit.
Divitiae verae non sunt grave pondus in aere, ?
virtutes verae sint tibi divitiae.
Cantabant reduces coram latrone clientes,
nam vacuus semper currit ab Urbe puer.

Nunquam stat clausus nec tutus dives avarus,
se opponit formal crimen avaritiae.
Iuuenis algescit vel presbyter ipse senescit,
si tamen accrescit nummus, habere petit.
Non curat brumam, qui drachmam suscipit unam,
quos nummi accendunt, frigora non capiunt.
Maxima nunc praetor vult grandia dicere rhetor,
ambo volunt nummum multiplicare suum.
Est scelus immensum, si dives fallat egenum, 117.
nec mirum quoniam: non capiet veniam.
Non est condignum, quod carnis in orbe benignum,
quo gaudes temere, cras tuet, aut hodie!
Per mare, per mundum, sine somno congeris autum,
caeli felices stulte relinques opes.
Divitias spernas nec toto tempore quaeras,
quas nimium quaerens est et avarus egens.
Nunquam fraude caret, mendax fit avarus, et audet,
hinc miseris spernit, fereca corda gerit.
Vitae contentae fiet, qui panis, et undae,
dives erit dapibus, caetera sorbet humus.
Ihu fuerit sapiens Caesum superabit ut ingens,
nam nullo sapiens tempore vixit egens.
Sub tecto dominus matrem conspexit avarus,
mus quid in aede facis? nec celer inquit, abis?
Mus blande ridens respondit non male dicens:
hic ego non victum quaero, sed hospitium.
Tu quoque rem Caesi servas, animam sed egeni,
haeredi es dives, sed tibi solus egens.
Ihuos morbo delectant tandem sine fine molestant,
post mortis miserae tempora divitiae
Nam mortis jaculum tunc cor torquet avarum,
quod nequeat gazas multiplicare suas.
Caelum non speret nimium cui nummus inhaeret
Sunt tibi thesauri, corda manent et ibi.

Per mare Aristippus properando fluctibus ictus, 118.
sciverat ingentes spernere doctus opes.
Nam dum periculas vidit properare per undas,
ut sua, vel se ipsum surripiant miserum,
Mox autem numerans Neptuni marmora dictans,
in mare demersit, nilque sibi tenuit,
Dicens: ob dominum praestabit perdere seruum,
quam propter seruum perdere nunc dominum.

Doctus amat docile.

Doctor amat tales, quales cupit ipse scholares,
caecos, atque truces non imitare duces.

Moribus est talis pueri doctrina scholaris,
intercisa perit, continuata serit.

In sterili sterile gignuntur cespite funges,
fit labor in miseris nunc sine fruge scholis.

Mens sine doctrina non est nisi foeda latrina, 119.
libros scutentis sic opulentus eris.

Dixat, qui nescit, nam sic sapientia crescit,
vix bene nunc fatet, qui ebrius, atque pater.

Est in persona pudor insipiente corona,
ad guttur phiduit, quem parula non docuit.

Cingit caput lauro, tege gemmis corpus, et auro,
qui fuit hic asinus, non ibi fiet equus.

Exceptis Graecis, exceptis atque Latinis,
dicere fors poterit Barbarus omnis homo.

Non quae fecisti: sed quaeenam? quid didicisti?
scire tuum moveant, ne tibi prompta ruant.

Dixere si quaeris, doceas, sic ipse doceris:
sic eris in studio doctus utroque modo.

Mille tenere libros, raroque studere per illos, 120.
nil laudis retines, plus levitatis habes.

Est bona res multos nummis conquire libros,
art ex his unum voluito paepe librum.
Haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro,
de caelo doctus non cadet, atque probus.
Festina lente doctus fit nemo repente,
non tibi fest ventus quod repetit sciolus.
Optima dum scribis fac optima: tunc bonus ibis,
scripta probant doctum, sed tua facta probum.
Vulpes vult fraudem, lupus agnum, foemina laudem,
quodlibet ingenium, vult speciale bonum.
Se recreabit equis miles, se clericus hymnis, 121.
se piscator aquis, seque poeta metris. ✓
Post pisces et aves multi perire scholares,
vi materatum, nitimur in vetitum.
Non est permissum cunctis modo audire Corinthum:
quilibet est proprii, nunc faber ingenii.
Prudens prudenti stultus placet insipienti:
tu cave stultitias ne pereas pereas. V. L.
Erroris mater fuit aequivocatio semper:
cum loqueris verum, vox mea dicet Herum
Nolo doctorem quem tangit culpa priorum,
quod culpas in me, tu prius ipse fuge.
Idem facit atque docet doctoris nomine gaudet
qui tibi non fuerit, nec mihi doctor erit.
Mens sine doctrina fiet tibi certe ruina:
si doctus fueris postea dives eris.
Si qui nunc caperent, doctrina quanta valerent:
quae diservirent, solliciti peterent.
Menti, non chastae tradas quae moveris arte,
sic mens evadet, dum tibi chasta cadet.
Ut ver dat florem, flos fructum, fructus honorem —
sic bene qui didicit, nullus cgenus erit. —
Idem nihil ingenio, mandat tamen omnia libro:
nil tenet amissis forsitan ille libris.

Idem gaudet libris nec gaudens proficit illis:

Tantalus in mediis stat pitibundus aquis.

Ingenium nisi sit studium florescere nescit:

haec qui conjunges fructificare potes.

122.



Idem docuit vacuum, natura quod asserit illum:

hic fuit est et adhuc seuper inane caput.

Si studuisse velis, tria cauta mente tenebis:

contentus paucis, sis pius, ac humilis.

Ignorare malum malo, quam dicere pravum:

neglige quod pejus, disceque quod melius.

Dogma tuum sordet, cum te tua culpa remordet:

tunc mala collaudas: si mala primus agas.

Si culpasse velis, culpabilis esse scavebis,

hinc male te ridet, cui sua culpa viget.

Idem vult pendentem de lumine tergere labem

ipse suam veterem, destruat ante trabem.

Sit castigatus, qui castigare paratus,

me male castigat, quem sua culpa notat.

Nosce tuas maculas, post hoc carpas alienas,

qui me deridet, non sua facta videt.

Si quis damnavit quod primitus ipse probavit,

non est jure gravis, sed levitate levis.

Tunc alios mulcta, quam tu fueris sine culpa,

seuper idem repetit, qui simul ire petit.

Legem servabit quisquis modo recta docebit,

qui nihilum servat, jussa mihi taceat.

Doctus erit seuper, qui vivere scit sapienter,

quod dictat prudens, vis faciet sapiens.

Corrige praeteritum, praesens rege, cense futurum:

ista notanda tibi, respicienda mihi.

Nocere se solum plus est, quam nocere ^{unum} unum,

qui absconsos fuerit, multa docere nequit.

123.



Condita dum rescit vulgata scientia crescit,

res non inquirens est tibi deficiens.

Idui ignarus fuerit, bonus est si discere quaerit,
progressum faciet, qui studium repetit.
Foelix nemo sibi, cujus sapientia nulli
proffit; ut mesuit semper inanis erit.
Spem tunc est juvenis generosis instrue factis,
est magis aptatum tunc pueri ingenium.
Vix bene decedit, teneris quod mentibus haerit,
praesertim durante crimina quae scierant.
Saepe suum proprium fecit puer ipse flagellum,
nec semper salvat, quod sibi quisque parat.
Progredere non cessa cum Phoebus mente serena,
mane bonis studiis, quilibet aptus eris.
Doctrinae cultus nemo spernit nisi stultus,
si male quid didici, sunt tria damna mihi.
Nummos consumor, modicum scio, tempora perdo,
post hoc et memet certa ruina manet.
Omni nunc hora cultum doctoris honora
quo mediante tuum, prosequeris studium.
Sunt duo, sunt bis ter factores, nemo magister:
discipulus multum, doctor habet radium.
Non cures juvenis multum, qua veste tegeris,
in vestimentis nulla thalia tuis.
In vestimentis non est sapientia mentis,
stultum quod pridem, nunc manet, est et idem
Quantum Fabrello dabitur, quantum scio Fabro: 124
discere qui volunt, cui modo scire volunt? —
Impertire tibi quae nostri, daque studentis,
nec quod te deceat discere nunc pudeat.
Nil capiunt stupidi, qui nomine sunt studiosi,
de numero non sunt, qui sapienter agunt.
Nemo placet stultis, nisi dicat quodlibet illis,
infamat sciolos, littera sola meos.
Indocti dictis non cessant, sed maledictis
nam cupiunt probis vincere te variis.

Casus dementis, correctio fit sapientis:

felix qui discit, quae prius haud didicit.

Est quasi vile pecus non discens et quasi caecus
nil sapit, et nil scit, qui nihilum didicit.

Hui tibi per multos annos cantaverat annos,
nunc praeter huc huc psallere nescit adhuc.

Ingenii vires semper cum pondere trastes,
non te tentabunt, quae fieri nequeunt.

Omnibus imbuti, non tentent omnibus uti,
nam quae obsunt legi, non licet illa sequi.

Cui Deus, illa dedit quae mundus nunc sibi quaerit:
huic soli licuit discere quae voluit.

Vixit immensus magno sub corpore sensus,
florent ingenis corpora parva suis.

Plus ego demissum quam doctum laudo superbum
vere fit sapiens se, sua despiciens.

Divos non homines tenent qui sunt sapientes
ad mala nos homines non sumus ulla sedes.

Praevi doctrinam caelum tenet esse ruinam,
est doctus, Domini qui petit esse Dei.

Non credas doctum, quem conspicis esse superbum:
nam vere docti, mente mitent humili.

Est in fortunis doctus comes optimus omnis,
est cunctis studium dulce refrigerium,

Est in adversis tutamen doctus ubi vis,
sic ad nos homines dicit Aristoteles.

Fessus in herbosa ponit sua corpora terra:
doctus in excelsis vult habitare throno.

Hinc sciolum inflatam bene possum dicere ranam,
nam sublimati mente tument sciol.

Olim bullati passim vixere magistri,
qui praeter bullas nil habuere suas.

Hinc etiam bullis similes et inanibus auris
proscripti quinto, sunt mediante Pio.

425.
✓

Insigne ingenuis est candida bulla puellis,
ingenuus non es, turgida bulla manes.
Concha prius liquidis mune se se inspergit undis,
postque superfusas plena refundit aquas.
Et contra laticis paucum dat, habetque canalis,
vix bene nam potas, mox quoque reddidit aquas.
Cernimus haud plures hac tempestate canales,
nam multi vacua mente doerent studia.
Vix tamen est doctus multis e millibus unus,
qui conchae aequalem se facit, et similem.

E
Ebrius Ebrietas.

126
✓

Bis sese credatis sunt species ebrietatis,
primus ut insipiens alter erit sapiens.
Tertius omne vorat, quartus sua crimina plorat,
dum quintus jurat, sextus ad alta volat.
Septimus est vendens, octavus ad omnia tendens,
nonus nil celat, decimus denuq. amat.
Evomit vendens, turpissima vult duodenus,
hoc est terpe genus, quo viget aucta venus.
Iduos vinum stravit virtutibus evacuavit,
paepe velut pecudes vima bibunt homines.
Ebrietas frangit, quidquid sapientia tangit
ebrius ima capit, sobrius apta facit.
Sensus mutatur vimo, mens infatuatur,
cessat sermo pius, quando venit bibulus.
Ebrietas prodit quod amat cor, sive quod odit:
qui secreta petit, sobrius esse velit.
Vina bibant homines animantia caetera fontes:
sed nunquam bibulus plus bibe quod sit opus.
Dirat in aeternum qui fert mihi dulce falernum:
paepe polet cerebrum, perdere dulce metum.

semina dum plorat, dum rusticus ebrius orat,

lucrosos iurant; nos nihil ista iurant.

hui non est notus, notum faciet tibi potus:

utrum sit Gallus, dat repetita salus.

quum pater est venter, gaudet caput inde libenter,

hinc mercit comedens, quid patietur egens.

Et catus ipse pater, cum capto mure iocatur,

pic fregit sibi catus luxurians arinus.

Urus patet insipidam dijudicat esse farinam,

propterea sapiens, fit pater insipiens.

Vinum timoris noli confidere vasis:

nam male divulgas quae retinenda potas.

Est nunc iuuanus, qui non vult vivere sanus:

omnis qui vivit, sanior esse cupit.

Sed saepe aegrotat qui multo tempore potat,

ut sis sana sequens non bibe vina frequens.

Vinum summe vetus, si vis morbo vivere laetus,

ut vivas caelo, parcior esto mero.

Ebrietas, somnus, tempus, dementia, morbus,

alleviant cistas, et faciunt vacuas.

Secretum verum si vis cognoscere verum:

conice per pueros, per fatuos, bibulos.

Hauustum saepe merum, faciet cito perdere verum,

sunt postim stupidi qui nimium bibuli.

Mortales laetos vinum facit atque facetos,

quando bonum festus, nec nimium bibitur.

Vinum dat festum, frigus convertit in aestum,

in senes si placuit, eos juvenile facit.

Laeficat moestum duplex, et reddit honestum:

sed faciet simplex eos juvenile senes.

Si nocturna tibi noceat potatio vini:

mane tibi caveas, ne mera plura bibas.

Sicut sobrietas facit ut sit longior aetas,

sic nulli est aetas, quem regit ebrietas.

127.

128.

Strangulat in mensis gula plures quam necat ensis,
in plenis cyathis mors habitat tenuis
vivere vis lactus, vel sana mente quietus,
Daemnis ut clesum, sic fuge quaeso metum.
Immodicus potus sapiet cito toxica totus,
nam nimium vinum te faciet fatuum.
Pices, perdices, vinum, nec non metebres
cistam corrumpunt, et vacuum faciunt
Alea, Bacchus, amor, sunt omni tempore raptores:
haec tria qui quaerit, semper egenus erit.
Fit gressus mutans, et visio lumina mutans:
dum ⁱⁿmera multa bibis, cur? quia pauca sapiis.
Non tibi sint pro te delectamenta tabernae:
est vinum dulcor, sed perit inde pudor.
Post sumpsum vinum loquitur tua lingua latinum
qui potat semper, non bene scandet iter.
Post florem fractus, sequitur sed post mera luctus,
per lactos calices, multa perit robores.
Iucundi calices quos non fecere loquaces,
vina, metum, lusus semper habent strepitus.
Isti bona vina bibunt, vates, bona carmina scribunt,
qui mala vina bibunt, carmina nulla sciunt.
Vel mera nulla bibet, quisquis bona carmina scribet,
vel bona vina bibet, carmina qui faciet.
Nuper erat totus, sed non sine crimine potus,
hinc ut potus erat, talia verba dabat.
Si possem pellem pro patre vendere pellem, — 129.
quandocumque bibo, semper adhuc sitio: —
Primo quando bibo, cupio plus gutturis imo: —
in cordis fundo cum bibo tunc sitio. —
Post tertium patum jam vinum fit mihi notum: —
et quartus nimium me stimulet bibulum. —
Sed potus quintus mihi cor laetum facit intus —
si bibo iam bis ter, non mihi fulget iter. —

Potu septeno sum sicut equus sine freno,
 in potu octavo, nescio quid sit homo.
 In potu nono non disputo quid sit Apollo,
 in potu decimo, nulla quies cerebro.
 In potu undecimo, stultescio gutture pleno:
 posthac decumbo, multa vomens jaceo.
 Huic ego pro voto, subscripti carmina poto,
 quae tibi dum recito, taliter evacuo:
 Ebrie quid facis? vivis? vel morte gravaris?
 dic ubi sunt sensus? cur tibi certus humus?
 Quid facias necis, truncus sine mente quiescis,
 cur abomitercis? cur metra nulla facis?
 Non differt multum te inter, fatoque sepultum,
 pro metro immortum, forsitan habes tumulum?
 Potatum vinum te fecit in arte supinum,
 cognosco potum pro nimium vomitum.
 Ergo quiesce satis, facio tibi carmina gratis,
 haustibus undenis, carmina nulla facis.
 Ut Venus morem sic tu fuge vitis amorem,
 namque nocent uno vina, venusque modo.
 Ut Venus enervat, sic vini copia tentat,
 gressus, vel vires, debilitatque pedes.
 Sicut amor nummi copit secreta fateri,
 sic res arcanas detegit ebrietas.
 Ut bellum mundo parat exitiale Cupido,
 sic quos importat Bacchus, ad arma vocat.
 Cum Venus, et vinum faciant hominem supinum,
 nec bonus, aut probus est, sed metus omnis abest.
 Te Venere freno, Bacchum constringeque vinclo,
 ne tua, te donis laedat uterque puella.
 Vina sitim, matis procebet Venus apta creandis
 quorum tu fines transibendo nocet.
 Vino forma perit, vino aetas se quoque plectit:
 vino saepe suum nescit amica visum.

Ebrietas homines in proelia trudit inermes:

aufert res oneris sollicitis animis.

Occultum turbat res ebrius undique mutat:

si viget ebrietas spes iubet esse tatas.

In re suprema scelestum, vitique magistra,
causat per mundum, nil nisi dulce malum.

Ut mors est animi, sic blandi causa veneni,
morborum placidus fons, furor indubius.

Aeris gurgulis barathrum, censusque vorago,
est et amica lues, sicut et esse vides.

Ebrietas quantum sit discordantia rerum,
notum est Eois, occiduisque plagis.

Nullus erat saceris unquam bellator in armis
qui dedit atroci millia plura neci,

Quam dedit ebrietas, quae poenas nutrit apertas, — 131.
ut viget omnigenis grandior, et furis. ✓

Hanc fugiat clesus, princeps, puer, atque senectus,
qui vult rem Phoebi, vel bona castra sequi. —

Nox, amor, et vinum, damnant moderabile ad iocum,
fit prudens amens, plurima vina bibens.

Vina parant animos, faciuntque coloribus aptos,
cura fugit multo diluiturque mero.

Ut taceas notum, non valde dilige potum,
multum qui potat, quisque magister ovat.

Non est in toto quidquam potabile mundo,
quo bene quis fatur, si minimum bibitur.

Vinum a cervisia non multum distat iniqua,
differt enim video, sicut ab ante, retro.

Nam qui a cervisia prostermitur heu! bene pota,
volvitur in coeno saepe cadendo retro:

Sed quos ebibitum cernis prosterneat vinum,
hos semel a retro vix cecidisse puto.

Potas cervisiam, qua nil est spissius unquam,
sed nil dum minges, clarius esse vides.

Multas hinc inquis faeces in ventre relinquis:

ego delinquis dum cereale bibis.

Unxit anus aegros velans chirurgus ocellos,
utile perwadens si foret hoc patiens;

Interea cultros, mappas, mortaria, discos,
quodque domus tenuit, mox caeter inde rapit.

lum ramata oculos circumtulit illa rvinctos
cuncta sui hospitii sentit abesse sibi:

Cui ego mercedem dicebat non dare possem,

si possem melius cernere prompta domus.

Sed minus est in re, quia nunc nihil extat in aede, 132.

vidi multa prius, nunc videoque minus.

Lic et vunt illi bibuli cum tempore coeci,
aedes qui spoliant, ut bona vina bibant.

Nam potatores oculos perdunt meliores,
dum nihil est intus quod videat bibulus.

Lic nupet patrios Germanus vendidit agros,
et subito pauper, factus et ipse miser;

Non illi ingenium cerebrum non defuit aptum,
vina sed ipsa viro sic nocuisse puto;

Nam putres fulvo glebas mutaverat auro,
astute faciens, sed nihil aspiciens.

Ebrius ut clausam pulsavit Vandalus aulam,
quam tunc Thyricus vir tenuit dominus:

Tratus fuerat, nigra quoque bile tremebat;
hospite quam primum non reserante domum:

Ecce quid Thyricum clamabat et inter asellum,
quo pecus in nullo turpius esse puto.

Illeque respondit: stultus qui talia quaerit,
sunt solum anne vides inter utrumque fores.

Pet calices mimios perituros dixit ocellos
doctos, quique bibit, talia verba dedit:

Perdere potando mihi plus est, quam retinendo
erodenda pigris lumina vermibus.

Laepius epotum laudas in amore falernum,
ex ut amore bibes, ex ita amore lues;
Si non cessabis, sed plura falerna leuabis
tu peccando lues, sicque tuendo tuus.
Rusticus in stomachum tam multa iusserat amphum,
quae poterant denis plus satis esse viris:
Ecce venit ceupo, pretium quoque percipit ab illo, 133.
rusticus at jubilans, se, stomachumque rotans: ✓
Evomuit vinum totum, victumque receptum
dicens: en merces, percipe sicut habes.
Ebrius octavam dormiuit ad horam
paulatim surgens, languida membra tenens:
Vidit perdicem, quam proximus ille calentem
ut fuerat comedens, sic et in arte bibens;
Namque decem laeti cyathos potando falerni
ebrius, atque pius dixerat haec dominus.
Dii date constantem per caeli Numina mentem,
nam vita est multis nostra referta malis.

E. Elati Prava Potestas.

Omnis qui super it cerebro turgente superbit:
hincque super bis es forte superbus homo.
Provenit ex prima scelerata superbia causa,
dum quis divinum non facit imperium.
Hinc est cunctorum radix, et causa malorum
elatus, cunctis se maculans vitiis;
Nam Domino caeli protitit in corde superbi
sunt, quobunque regent, vel modo regna tenent.
Est certum verbum, frangit Deus omne superbum,
et premit elatos iusta ruina viros.
Nullus tam parvus, qui laudis non sit avarus,
altus ubique placet, bassus ad pima jacet.

Rana petit saltum, quamvis portat in altum,
 ordine perpetuo scandere quaerit homo.
 arte sua nullus vivit contentus alumnus,
 vult in fortuna nemo manere sua.
 Nil satiat mentem semper majora petentem,
 pondere sub modico tutius sibi homo.
 Non venit ad summum, nisi qui prius ambulat imum,
 floribus ex minimis maxima surgit ap'is.
 hui superis cedit, cedendo victor obedit,
 saepius elatis cedito sponte viris.
 hoc attentabis, fieri quod posse putabis,
 quisquis honesta sapit, viridius apta facit.
 alta petunt nati, medium tenere beati,
 virtus enim in medio postulat esse loco.
 Implicet ille labor, sub cuius pondere labor,
 contra torrentem, non stimulabo ratem.
 Nec canit in templo cantor: nisi quod scit in illo,
 est minimum sapiens sobrietate carens.
 Longa ferunt vales, brevioraque gramina montes,
 mens humilis multum, sed sapit alta parum.
 Non est tam magnum, quod tandem non sit humandum,
 avolat hinc animus, caetera sorbet humus.
 nunc ius calcatur, dum magna superbia fater,
 imber quando cadit, nix cito vadit, abit.
 Plus nunc ardescit, dum longa superbia crescit,
 in senem si crevit, cum senem major erit.
 Excoccat tenues ventosa potentia mentes,
 atque replet vanis corda superba motis.
 Ah! Babylon, Babylon tunc olim dixerat: an non
 te rohus servo? quando, vel unde volo.

Hoc regno crebro, cum dixerat ore superbo,
 rex qui cuncta regit, talia verba dedit:
 Butum eris in terris, faeno verceris, et herbis,
 nō pecus incedes, gramina prorsus edes.